



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio trigesimasexta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Magistri Durandi de

communicabile pluribus quod est contra rationem particularis, propter quod scientia Dei non debet dici nec vniuersitatis neque particularis.

5 Sed istud non videatur bene dictum. Primo, quia cum scientia dicitur particularis ab obiecto principali, particulari non accipitur ibi pro singulari, quia singulare non est principale obiectum alius scientia falso nostra, quia de singularibus non est scientia, sed accipitur ibi particulae pro accepta secundum rationem specificam, & vniuersale pro re accepta secundum rationem generis propinquum vel remoti, & ita particulari, prout spectat ad propinquum est communicabile pluribus, sicut species specialissima. Ita autem dicunt quod essentia diuina est particularis, quia est pluribus communicabilis, & ideo male accipiunt particulari.

6 Secundo, quia si particulae vocaretur singulari, adhuc non esset verum illud quod dicunt quod essentia diuina non est particularis, id est, singularis, quia quicquid existit in rerum natura est singulare & singulariter existit. Nec obstat quod ipsa est in pluribus suppositis, quia de ratione singulari non est incommunicabilitas, nisi illa qua opponitur communicabilitati vniuersalis (scilicet quod non sit communicabile pluribus per sui duitionem) scientia autem diuina non dividitur in suppositis, quibus communicatur, & ideo ipsa est incommunicabilis per oppositum ad communicabilitatem vniuersalis, & hoc sufficit ad hoc quod ipsa sit vere singularis vel particularis accipiendo particulari pro singulari, & ideo si essentia diuina est principale obiectum scientiae diuinae (ut ipsi dicunt) sequitur quod scientia diuina poterit vere dici particularis, id est, singularis, cuius oppositum ipsi dicunt. Tertia, quia non est verum quod essentia diuina sit principale obiectum scientiae Dei, quia licet essentia diuina sit primum obiectum ab intellectu diuino cognitum, & ratio cognoscendi omnia alia, tamen cognitionis Dei ut fertur in essentiam suam secundum se vel secundum ea quae sibi attribuuntur, non fortuit ratione scientiae sed simplicis intelligentiae vel cognitionis principiorum (ut prius dictum fuit) quia scire est rem per causam cognoscere. Deus autem non cognoscit se vel ea quae attribuuntur sibi per causam, & ideo talis cognitionis non est scientifica, sed cognitionis aliarum rerum secundum ea quae eis attribuuntur potest in Deo dici scientia, quia talia cognoscuntur a deo per essentiam diuinam ut est causa omnium rerum & omnium proprietatum quae eis attribuuntur: propter quod cognitionis Dei ut fortuit rationem scientiae est iudicanda vel vniuersitatis vel particularis, non ratione essentiae diuinae, sed ratione aliarum rerum de quibus Deus habet cognitionem per essentiam suam tanquam per causam.

8 Quid ergo? non quid scientia Dei debet dici vniuersalis vel particularis. Dicendum est quod preter acceptationem scientie, particularis & vniuersalis prius positam, etiam alia acceptio videlicet, quod scientia particularis vocatur illa qua aliquis sic cognoscit aliquod particulari entia, nec eius proprietates quod non cognoscit alia entia, nec eius proprietates illorum, & per oppositum scientiae vniuersalis dicitur quae se extendit ad omnia scibilia, & non ad vnum tantum. Accipiendo ergo scientiam vniuersale & particularem secundum hanc ultimam assignationem, patet quod scientia Dei est vniuersalis, quia extendit se ad omnia scibilia, licet (ut sic) non sit vna secundum rationem, sed plus res, quia scientiae que sunt in nobis diversa secundum rem sunt in Deo diuersa secundum rationem, cum igitur in nobis non sit una scientia que se extedit ad omnia scibilia, sed plures secundum rem, Consequens est quod scientia Dei qua vna est secundum rem sit plures secundum rationem prout extendit se ad omnia scibilia. Secundum autem primam assignationem scientie vniuersalis & particularis dicendum est quod scientia Dei est particularis & vniuersalis, & non vniuersalis tantum vel particularis tantum, quia illa scientia per quam cognoscuntur res & rerum proprietates & passiones secundum rationem generis remoti vel propinquui, & speciei specialissime est non solum vniuersalis sed etiam particularis, sed Deus per scientiam suam cognoscit omnes res & rerum passiones & proprietates non solum secundum rationem generis remoti vel propinquui sed etiam secundum rationem speciei spe-

Sancto Porciano

cialissimae, ergo &c. utraque premisarum patet ex praecedentibus. Veruntamen sicut dictum fuit de prima assignatione scientiae vniuersalis & particularis, sic dicendum est de ista, quia sicut in nobis sunt diuersae scientiae per quam cognoscimus corpus mobile & eius proprietates & passiones, & per quam cognoscimus corpus mobile ad situm vel ad formam, sic in Deo sunt diuersae scientiae secundum rationem per quas illa cognoscit, quantum sit vna secunda cum rem.

9 A D R A T I O N E S vtriusque partis respondendum est. Ad primam, quod scientia quae est per causam vniuersalem predicatione, vel per causam vniuersalem que se extedit ad plures effectus solum secundum illud quod est eius commune, est vniuersalis, prout vniuersale distinguuntur contra particulae secundum primam acceptationem, & sic scientia Dei quam habet de rebus aliis non est solum vniuersalis, sed cognitio qui habetur per causam vniuersalem, cuius causalitas se extendit ad omnia secundum omnes rationes tam vniuersales quam particulares (qualis est scientia Dei) est vniuersalis & particularis secundum pri-
Sup. q. 2.
mam acceptationem, & est vniuersalis iuxta secundam.

10 Secunda ratio probat solum quod scientia Dei est vniuersalis iuxta secundam acceptationem vniuersalitatis & illud concepsum est.

11 R A T I O in oppositum bene probat quod scientia Dei est particularis in quantum cognoscit res secundum rationes specificas, sed per hoc non excluditur quin sit vniuersalis in quantum cognoscit res secundum suas rationes generales & communes, & in quantum cognoscit non solum unum genus scibilium, sed omnia.

D I S T I N C T I O X X X V I .

Sententia huius distinctionis X X X V I .
in generali & speciali.

H ic solet queri. Superius ostendit Magister quod scientia Dei est respectu omnium: & ex hoc res dicuntur esse in Deo. Nuquam vero inquirit quomodo res cognita sit in ipso Deo cognoscente. Et dividitur ista pars in duas. Primum ostendit quomodo res quae Deus cognoscit sunt in ipso Deo. Et secundum ostendit quomodo Deus dicitur esse in ipsis rebus. 37. dist. ibi: Et quoniam determinatum est. Item prima in duas. Secundum duas questiones quae specialiter mouet & solvit. Secunda ibi: Post predicta, & hic. Secunda dividitur in tres. Primum enim proponit questionem & eius determinationem. Secundum ponit solutionis confirmationem & quedam incidentia determinata. Idem ibi proinde si diligenter inspicatur. Tertio determinatum declarat ibi, ex praemissis apertum est.

2 I N S P E C T I O N I sic procedit. Et queritur primum, utrum illa qua Deus cognoscit possit esse in eius essentia, sicut dicuntur esse in eius presentia que idem est quod eius essentia. Et respondet quod non, quia omnia que sunt in essentia diuina sunt eiudicatae nature cum Deo, ea autem que cognoscit Deus, non sunt eiudicatae nature cum illo, & ideo non debent dici esse in eius essentia, nec est simile de presentia, quia alium respectum habet vel connotat quam essentia. Postea queritur, utrum illa sola que cognoscuntur a Deo, sicut & bona possint dici esse in Deo: & responderetur quod non, quia illa solum dicuntur esse in Deo ad quod Deus se habet in ratione principii, non sic autem se habet ad mala, sola enim ea qua cognoscitur a Deo per notitiam approbationis, quorum Deus est actor sua principia possunt dici esse in Deo, non sic autem Deus non cognoscit mala. Deinde confirmat hoc, quia secundus Ambrosius est esse in Deo, & esse per ipsum, & esse ex ipso, mala autem non sunt ex Deo, nec per ipsum, ergo non possunt dici esse in ipso. Vbi incidenter ostendit quod illa verba Apostoli ex ipso & per ipsum & in ipso, possunt appropriari per intellectum distinctioni personarum, tamē simili plicer omnibus perfonis omnia predicta que enumerat conuenient. Subiungit etiam quod cum aliquid dicitur esse ex aliquo efficientia sola notatur, cum vero dicuntur aliquid de aliquo non solum efficientia, sed etiam substantialitas notatur, & ideo licet creature dicatur esse ex Deo, non tamen debent dici esse de illo. Ultimum epilogum determinata. Hac est sententia lectionis in speciali.

Q Y E

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum Deus cognoscat mala.

Tho. i. q. 14. art. 10.

Circa distinctionem istam primò queritur, vtrum deus cognoscat mala. Et videtur quod non, quia intellectus qui semper est in actu nō cognoscit priuationem, vt innatur tertio de anima, sed intellectus diuinus semper est in actu, ergo non cognoscit malum quod est quedam priuatio.

2. Et confirmatur, quia si visus vel auditus semper est in actu nūquam auditus cognoscet silentium, nec visus tenebras, ergo eodem modo est circa intellectum, quare &c.

3. Item omnis cognitione vel est causa rerum vel causata ab rebus, sed scientia Dei nec est causa malorum (falsum culpa) nec causata ab eis, ergo &c.

4. Item intellectum est in intelligentia, sed malum nō est in Deo, ergo non est intellectum ab eo.

5. IN CONTRARIVM est quod dicitur Iob. ii. Ipse nouit hominum vanitatem, & videns iniuriam illorum nōne considerat? & in Psalmo, Delicta mea nō sunt à te abscondita.

6. RESPONSO. Cirea questionem istam sic procedetur, quia primum ponetur quadam communis distinctio de scientia Dei. Secundum ponetur illud in quo omnes moderni concordant. Tertius ponetur illud in quo quidam discordant inquirendo quid sit veritas.

7. QVANTVM ad primum sciendum est, quod scientia Dei, quanvis sit vna secundum rem, accipitur ratiō tribus modis, dicitur enim scientia simpliciter notitiae, visionis & approbationis. Scientia simpliciter notitiae dicitur illa quia Deus scit omnia quae sunt, fuerunt vel erunt, vel possibilia sunt secundum infinitatem diuinæ potentie. Scientia vero visionis dicitur eadem scientia, inquantu[m] est eorum quae sunt secundum aliquam differentiam temporis soli, quae pro tanto dicitur scientia visionis, quia apud nos ea quae videntur habent esse distinctionem extra videntem; propter quod ea quae à Deo procedunt in esse proprio quod habet in sua natura præter esse quod habent in Deo tamen in causa dicuntur pertinere ad scientiam visionis. Scientia autem approbationis dicitur quae est eorum in quibus diuina voluntas sibi cōplacet, & hæc sunt bona, & mala passione quatenus fortuita ratione boni moralis, & per oppositum dicitur nescire mala culpe, quia ea reprobant tantum à bonitate sua discordant. Si ergo quæstio intellegitur de malis culpe & de scientia approbationis, patet quid Deus nescire mala culpe, quia ea non approbat, sed reprobat & punit: & secundum hoc dicitur ab Abach. I. mundi sunt oculi tui ne videant malum, & ad inquirare respicere nō poteris, & satius virginibus dicitur Mat. 25. Nescio vos: sed quia sic scire vel nescire nimis est tristitia sumptum, ideo deducatur quæstio in scientia simplici notitiae ac visionis. Hæc tantum de primo.

8. QVANTVM ad secundum sciendum est quod omnes moderni concedunt quid Deus cognoscit malum, cuius ratio est, quia Deus cognoscit partes vniuersi & habitudines earum, sed inter partes vniuersi talis est habitudo quod generatio vnius est corruptio alterius, in corruptione autem consistit malum p[ro]p[ter]ea quo ad animata, & malum natura quo ad omnia: quædam etiam partes vniuersi possunt deficere à rectitudine rationis in quo consistit malum culpe, ergo Deus cognoscit omne malum nature p[ro]p[ter]ea & culpe: cognoscit autem per bonum oppositi, quia priuatio nō cognoscit nisi per habitu[m], rectus enim est iudex & sui & obliqui, vt dicitur i. de anima, sed malum secundum Dion. lib. 4. de diuin. no. & Damas. lib. 2. 4. cap. nihil aliud est quam priuatio boni, ergo malum non cognoscit nisi per bonum, sicut nec obliquum nisi per rectum, & in hoc omnes moderni concordant.

9. QVANTVM ad tertium in quo quidam discordant sciendum est quod de cognitione mali per bonum est duplex opinio. Quidam enim dicunt quod Deus cognoscit malum per speciem boni (non causam) sed boni quod priuat, ita scilicet quod si Deus non cognoscet aliud bonum à se, nullo modo cognoscet malum secundum speciale rationem mali, & huius ratio est duplex. Prima est, quia

Quæstio I.

priuatio nō cognoscitur nisi per habitum oppositum, sed oppositio habitus & priuationis est circa idē subiectum quodcumq[ue] sit illud. Deus autem non potest esse subiectum priuationis, ergo si non esset bonum nisi Deus, aut non cognoscet aliud bonum à Deo nullo modo esset mala cognoscere.

10. Secunda talis est, priuatio non distinguitur à priuatione nisi quia distinguuntur habitus ab habitu, sicut nō distinetur exaltatio à suritate, nisi quia distinctus ab auditu, cum enim priuatio sit negotio habitus in subiecto approdato, ratione negationis nō potest vna priuatio differre ab alia, sed magis conuenit cum ea, differre ergo ratione habituum qui per eas negantur vel priuantur, & hoc est verum vniuersaliter nō solum in priuationibus, sed etiā in negationibus quod non differunt nisi ratione eorum quae negantur. Vnde non homo & non lapis idem sunt respectu omniū, ita quod de quoconq[ue] verificatur vnum & alterum nisi respectu eorum quae negant, sed bonum diuinum non est bonū quod possit priuari, & si esset tale, nihilominus ratione ipsius non possent differre priuationes cum sit vnum, ergo per cognitionem solius boni diuinū non possunt mala cognosci, saltem secundum rationem specialē mali.

11. Haec sunt rationes quartæ primæ probat quod si deus non cognoscet aliud bonum à se nullo modo cognoscet malum. Secunda probat quod nō cognoscet malum saltem secundum rationem specialē mali.

12. Alii sunt quibus hoc non placet: dicunt enim quod hoc est expressè contra sententiam Dion. 7. de di. no. vbi aſſiſtīl diuinam cognitionē lumini. Vnde dicit quod sicut luc men si esset cognitū cognoscet tenebras, non aliunde cognitionē accipiens, sed per ſeipsum, ſic Deus bonitas existens cognoscit malū quod est priuatio boni, ſicut tenebra est priuatio lucis quod probat quālē e contrario prius argumentis ſic. Malum cognoscitur per bonū oppositum, sed malū opponitur bono diuino generali & ſpeciali oppositione. ergo per bonū diuinū potest cognoscit malum secundum rationem communē mali, & secundum rationes ſpeciales malorū, maior ex dictis ſupponit, ſed minor probatur ſcilicet quod malū opponitur bono diuino generali & ſpeciali oppositione, quia ſicut Deus eft cauſa omnium communis (inquitūm omnia ipsum imitantur) & eft, cauſa ſpecialis cuiuslibet (inquitūm diuerſimodē à diuerſis imitantur) ſic omnia mala opponuntur inquantum ab arte ſua discordant Deo communis oppositione & opponuntur ei ſpeciali oppositione in quantum ab eadem diuerſimodē discordant, vel deficitur, & ſic p[ro]petet minor: ſequitur ergo conclusio.

13. Declarat̄ur etiā hoc per simile: ſicut enim grāmatis per eandem artem cognoscit omnes congruitates in communi tanquā arti ſua concordantes, & ſingulas congruitates in ſpeciali tanquā ſpecialibus regulis concordantes, & ſingulas incongruitates in communi & ſpeciali tanquā discordantes ab arte ſua in communi & à ſpecialibus regulis artis, ſic Deus cognoscit omnia bona in communi inquantum concordat̄ ſua arti, & in ſpeciali prout diuerſimodē ei cōcordant, & per illam eandem artem non aliunde cognitionem accipiens, cognoscit mala in communi inquantum ab arte ſua discordant, & in ſpeciali in quantum diuerſimodē discordant ab ea: nee propter hoc cognoscit malum, niſi per bonum oppositum, quia bono diuino opponitur malum non tanquam bono quod priuat, ſed tanquam bono à quo discordat, & ſic intelligitur illud quod dicit beatus Augu. 22. de ciui, Dei, quod natura non contrariatur Deo, ſed vicium.

14. Hæc ſunt dicta illorum quibus impugnant primā opinionem quae tamen videtur verior, quod patet duplicitate ſimil probando propositū, & ſoluendo motuū aliorum. Prima ratio eft talis: Deus secundum eos cognoscit bona inquantum concordant cum arte ſua, mala vero inquantum ab ea discordant, ſed Deus non potest cognoscere quo modo aliqua discordant vel poſſunt discordare à ſua arte, niſi præcognoscit modum quo aliqua cum ea poſſunt concordare, ergo Deus nō potest cognoscere mala niſi præcognoscendo bona cauſata, vel cauſabilia que poſſunt cum arte diuina concordare. Maior patet ex di-

N. 630

Magistri Durandi de

etis eorum minor declaratur, quia discordare est decuiare à concordantia sed nullus potest cognoscere quid sit decuiare à concordantia nisi cognoscatur quid sit concordare cum hoc includatur in intellectu alterius, ergo nullus potest cognoscere quo modo aliqua possunt discordare ab arte nisi praeconoscat quo modo possunt cum ea concordare. Vnde grammaticus licet per eandem artem cognoscat congruum & incongruum, tamen intellectus incongrui non dependet immediate ab arte, sed mediante intellectu contrarii propter dictam causam, quia non potest sciri quid sit discordare nisi sciat quid est concordare, & idem est de cognitione Dei respectu bonorum & malorum, quia semper intellectus negationis dependet ab affirmatione, & priuationis ab habitu quae priuat, quia illi soli opponitur ut nomen priuationis dicit.

11 Secunda ratio talis est, malum est carentia alicuius boni debiti in esse, defectus enim boni non debitis in esse (vt defectus visus in laide) non habet rationem mali, hec ergo est mali ratio sine qua impossibile est intelligere malum, sed illud bonum debitus in esse cuius carentia est malum non potest esse essentia diuina quia in nullo nata est esse nisi in supposito diuinis in quibus necessaria est, ergo est aliqua perfectio creata, ergo sine ea impossibile est intelligere malum, & sine dubio absurdum videatur quod cæcitas positus a quocumque intelligi sine visu, cum sit de ratione eius, est enim priuationis visus in suscepitu.

12 Dicitum etiam Dionysius non facit pro eis, non enim intendit ibi Dionysius tradere modum quo Deus cognoscit mala, sed quod cognoscit alia a se. Dicit enim quod Deus non uit omnia antequam fierent, quia omnia continet & omnia præhabet in se tanquam omnium causa, constat autem quod non præhabet in se mala tanquam eorum causa, cum ergo dici quod lumen si est cognituum cognoscet te nebras non aliunde videns tenebras quam à lumine, forte per tenebras norat non priuationem solam, sed lumen participatum, & diuinum à fonte luminis, luxa quem modum omnis creatura Deo comparata tenebra vocatur. Iohann. i. tenebra cum non comprehenduntur.

13 Vel potest dici quod Deus non aliunde cognitionem accipiens cognoscit mala, quia prima ratio cognoscendi tam bona quam mala est essentia diuina, sed proxima ratio cognoscendi mala sunt bona creata quia per mala priuantur.

Ad argumenta non responder, quoniam sunt eadem apud Thomam.

QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum creature sint in Deo.

Tb. 18. q. 1. ar. 4. ad primum.

Secundum quæstetur, vtrum creature sint in Deo? Et videtur quod non, quia si creature essent in Deo, aut hoc esset per essentias suas, aut per suas similitudines, non per essentias suas, quia quicquid est in Deo est ab aeterno in ipso, essenti autem rerum non sunt aeterna. Nec per suas similitudines, quia quod est in aliquo secundum suam similitudinem tantum, non habet in illo propriam operationem, res autem habent in Deo proprias operations, secundum illud Act. 17. in ipso viuimus, mouemur & sumus, ergo &c.

2 IN CONTRARIUM est quod dicit Anselmus, monologion. 36. quod res verius sunt in deo quam in seipso,

3 Ad idem est quod dicitur in litera.

4 RESPONSI O. Dicenda sunt duo. Primum est quod omnes res sunt in Deo. Secundum est de modo quo sunt in eo.

5 PRIMUM patet de rebus creatis specialiter sic. Omnia que procedunt ab aliqua causa præexistunt aliqualiter in ea (sicut potentia & virtute.) Sed omnes creature procedunt à Deo, ergo præexistunt aliqualiter in eo. Secundo patet idem de omnibus creatis & in creatis sic, quicquid est in essentia diuina, scientia vel potentia, totum est in Deo, sed attributa & relationes & diuina personæ sunt in diuina essentia, omnia vero possibilia sunt in eius potentia, bona verò & mala sunt in eius scientia, ergo omnia sunt in Deo, quia præter hanc nihil est dare quod sub his non contingatur.

Sancto Porciano

6 QVANTVM ad secundum sciendum est quod res creata potest dupliciter considerari. Vno modo secundum esse suum formale, & natura propriæ generis. Alio modo secundum esse virtuale sue cause, secundum quod dicuntur in sua causa præexistere, si consideretur res creata primo modo sic ipsa dicitur esse in Deo, quia est in Dei scientia, & potentia, non autem in Dei essentia. Cuius ratio est, quia creatura sic considerata (cum non sit in idem quod Deus) solum potest se habere ad Deum in habitudine obiecti terminantis eius operationem, & non in habitudine identitatis, & quia hoc nomen Deus significat suppositum cuius est agere, scientia vero & potentia significant principia actionium se extedentium ad creaturas re vel ratione, ideo creature potest dici esse in deo & in eius scientia, & potentia, eo quod Deus sit eam, vel potest producere eam, vel prout dictam destruere, essentia vero nihil importat per respectum ad creaturas, quia sicut a posse dicitur potentia, & a sciencia, sic ab esse dicta est essentia. Vnde sicut aliqua dicuntur esse in Dei potentia, quia Deus potest illa, & in Dei scientia, quia Deus sit illa, ita dicuntur esse in Dei essentia, quia Deus est illa, vel quia substat in illa. Et quia Deus non habet ad creaturam in habitudine identitatis, nec secundum essentiam, nec secundum naturalem existentiam, ideo non potest dici quod res sic considerantur sicut in dea essentia seruando proprietatem locutionis, licet enim essentia Dei non sit aliud quam sua potentia vel scientia, tamen aliquid consideratur in nomine vnius quod non in nomine alterius, propter quod aliquod dicitur esse in uno quod non dicuntur esse in altero. Si autem considererent creature secundum esse virtuale sue cause secundum quod in sua causa præexistunt (quod est licet non sit creaturam formaliter, sed portus creatoris,) est tamen earum aliqualiter, quia hoc huius multipliciter dicitur ut habeatur. Elen. 7 sic creature possunt dici esse in Dei essentia, quia sunt ipsam diuinam essentiam quae est sua virtus productiva creaturarum, & sic loquitur Anselmus quod creatura in Deo est creatrix essentia, etiam creature est in Dei scientia, quia Deus sit essentia suam ut est virtus productiva creaturarum, sed non debet dici quod sit in Dei potentia, quia diuinam essentiam non subiacet sua potentia vel obiectum. Et quia suppositum est esse & agere, ideo quacunque dicuntur quocunque modo esse in Dei potentia, scientia, vel essentia secundum eundem modum possunt dici esse in Deo cuius est esse & posse.

7 Ex predictis potest patere qualiter intelligendum est quod dicunt Aug. & Anselm. quod creatura verius esse habet in deo quam in natura propria. Hoc enim quod est verius potest esse nomen, vel adverbium, si sit nomen tunc est determinatum ipsum esse, si sit adverbium sic est determinatio tunc huius verbi quod est habere. Primo modo ergo sensus est quod esse creatura in Deo est verius esse quam esse creatura in propria natura, & hoc est verius, vocando esse creatura in Deo quod habet creatura in Deo per identitatem modo quo dicitur est, (scilicet ut est creatrix essentia & esse creatura in sua natura esse suum formale,) constat enim quod esse diuinum est verius. & perfectius quam esse creatura, & primum habet creatura in Deo secundum autem in seipso. Si vero quod est verius sit adverbium & determinatio tunc huius verbi quod est habere sic est falsa propositione, & est sensus, quod illud esse quod habet creatura in Deo habet verius (id est, veriori modo) quam illud quod habet in natura sua, & hoc est falsum, quia illud est quod habet creatura in natura sua habet formaliter, illud autem quod habet in Deo non habet formaliter, sed solum denominatione extrinseca, eo modo quo diceretur quod sanitas hominis est in medicina, semper autem habetur verius, id est, veriori modo illud quod habetur formaliter & intrinsecè, quamquam sit imperfectius, quam illud quod habetur denominatione extrinseca solum etiam si millesies esset perfectius.

8 AD ARGUMENTVM in oppositum dicens dum quod res creata sunt in Deo per essentias suas, non quidem formaliter vel per identitatem, sed obiectu, quia substantia diuinæ scientiae & potentiae, & hoc modo sunt aeternæ, quia ab aeterno sciuntur, & possibilis. Hoc etiam modo viuimus in ipso, mouemur, & sumus in ipso conservante & a quo est nostrum vivere & esse, & operari. Vtrum

Lib. I. Distinctio. XXXVI.

Vtrum autem res creare omnes vel aliquae sint in deo per suas similitudines patet in sequenti questione. Ad autoritates Anselmi patet responsio.

Q. VÆSTIO TERTIA.

Vtrum in Deo sint aliqua idea.

Thos. i. q. 15.

Profeta queritur de ideis. Et primo, vtrum in deo sint aliqua idea. Et videtur quod non, quia si ponatur, hoc esset ut essent principium essendi, vel cognoscendi, non ut sint principium cognoscendi, quia per idem cognoscit Deus se & alia, sed non cognoscit se per ideam, ergo nec alia. Nec etiam ut sint principium essendi, quia cum Deus sit causa creaturarum per intellectum, idea non possunt esse principium essendi creature, nisi sint principium cognoscendi, quare &c.

Item secundum Aug. melius & perfectius cognoscuntur res per essentias suas quam per suas similitudines, sed Deus perfectissime cognoscit res, ergo cognoscit eas per proprias essentias, non ergo per ideas que sunt quaedam rerum similitudines.

IN CONTRARIUM est quod dicit Aug., lib. 83. q. 46. q. quod tanta vis est in ideis, ut sine his intellectus sapiens est nemo possit, confit autem Deum esse sapientissimum, quare &c.

Item omnes formas que sunt in potentia passiva materia sunt in potentia actua prima motoris, ut haberet a commentatore. ut. metaphy. sed nihil aliud dicimus ideas quam formas rerum in Deo intellectualiter praexistentes, ergo &c.

RESPONSO. Videnda hic sunt tria. Primum est quid vocamus ideam. Secundum est an idee sint in deo. Tertium est quo modo se habeant ad intellectum diuinum, & ad actum intelligendi.

QVANTVM ad primum sciendum est quod Aug. vbi supra dicit quod idea si verbum ex verbo trasferatur dicitur apud nos forma vel species. Si autem dicatur ratio hoc non est secundum proprietatem nominis. (Ratio enim alio nomine significatur apud Grecos, dicitur enim logos) tamen (ut dicit) natura rei non discrepat, ex quo possumus accipere quod cum idea secunda proprietatem nominis sit forma, & secundum veritatem rei ratio dici possit quod idea est forma intellectualis, soli enim talis forma quod habet in materia non dicitur proprieta ratio, non omnino tamē forma intellectualis potest dici idea, sed solum illa ad cuius similitudinem aliquid est producibile. Vnde Dion. 5. ca. de di. no. appellat ideas exemplaria, & Seneca in quadam epistola ad Lucilium dicit quod idea est exemplar ad quod artifex inspiciens operatur quicquid operatur exemplar autem est ad cuius similitudinem aliquid fit vel est factibile. Ex his ergo possumus accipere quod idea est forma vel ratio ad cuius similitudinem agens per art. tem potest aliquid producere.

EX HOC appare secundum scilicet quod ideas sunt in Deo, & propriissime sunt in eo, quod patet sic omnne agens per intellectum habet penes se rationem rei fiende quam cognoscit, & iuxta quam exemplariter rem producit, & hoc patet de se, & per dictum Aristot. 7. meta. vbi dicit quod ab arte fiunt quorum species est in anima, ut sanitas in materia fit a sanitate in anima, & arca similiter. Sed Deus producit res per intellectum, & artem, ut probatum fuit in preced. dict. ergo Deus habet penes se rationes rerum quas cognoscit & iuxta quas res producit. Has autem vocamus ideas, ergo &c.

Non solum autem ideas sunt in Deo, immo propriissimè sunt in eo, quod sic patet, res enim habet esse quasi sex modis. Uno modo in potentia materie. Alio modo in causis suis agentibus & naturalibus, vnumquodque enim praeservit aliqualiter in omnibus causis suis, ex quibus vel a quibus educitur passiuè, vel actiuè. Tertio modo, res habent esse in seipso cum iam producta sunt. Quartumodo habent esse in intellectu nostro, anima enim quodam modo est omnia. Quinto modo habent esse in intellectu motori orbium, quia opus naturæ est opus intelligentiae. Sexto modo habent esse in intellectu primi. Est enim Deus per suum intellectum causa omnium entium, esse autem quod habent res in potentia materie non habet

Quæstio III.

98

rationem ideae, quia idea est quid actuale: dicitur enim forma vel species, esse autem rei in potentia materie est pure quid potentiale, esse etiā rei in suis causis naturalibus & agentibus non habet rationem ideae, quia idea dicit aliquid quod ut sic pertinet ad intellectum, est enim ratio sine qua nullus intelligitus sapiens secundum Augu. esse autem rei in suis causis naturalibus non est intellectuale, ut sic. Itē esse rei in seipso non habet rationem ideae, quia idea dicit aliquid factuum, sicut per modum exemplaris, esse autem rei in seipso est aliquid factum magis quam factum sicut respectu sui non habet rationem factuum nec ideae, idea etiā dicit quid incommunicabile propter quod ratio rei in intellectu nostro non est idea: dicit etiā quid primū & principale, & sic forma rerum in mente angelica non sunt proprie ideas. Itē autem duæ ultimæ conditions solum sunt conditiones ideae secundum quod idea principalissime accipitur, & sic solum vel potissimum idea est in Deo, ratio enim cuiuslibet rei in mente diuina est quid actuale, intellectuale, factuum, incommunicabile, & primum seu principale.

Has quinq; conditions tangit Aug. li. 83. quest. q. 7. dicens sic, ipsa namq; principales (quo ad quintam conditionem) quædam formæ (quo ad primam) & rationes rerum (quo ad secundam) stabiles atq; incommunicabiles (quo ad quartam) que ipsæ formæ non sunt & cum ipsæ negl. oriantur, neq; intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne quod oriri & interire potest, & omnne quod oritur & interit (& hoc est quantum ad tertiam conditionem) & sic patet secundum propositum, scilicet quod in Deo sunt ideas propriissime.

QVANTVM ad tertium, scilicet qualiter se habent ideas ad intellectum diuinum aduerrendum est quod est ibi considerare quatuor, scilicet intellectum & rationem secundum quā intelligi, & actum intelligendi, & rem intellectam, horum tria prima nunquam differt in Deo nisi secundum rationem, quartum autem quandoq; differt secundum rem, & quandoq; non res enim intellectus primus & principalis non differt ab eis nisi secundum rationem. Primum enim & principale obiectum intellectus diuini est sua effigia, ut visum fuit supra, di. 35. q. 1. sed obiectum secundarium quod est res creata differt realiter ab aliis tribus.

Inter hæc autem solum obiectum potest habere rationem ideae. Quod patet dupliciter: Primo, quia idea est exemplar ad quod artifex inspiciens operatur (ut patet ex iam dictis) sed illud ad quod intellectus inspicit est eius obiectum, & nihil aliud nisi ut induit rationem obiecti, sicut & in sensu illud ad quod visus corporalis inspicit est eius obiectum, nec quicquam aliud nisi cadat sub modo obiecti, ergo solum obiectum intellectus diuini habet rationem ideae.

Secundum patet idem sic, idea licet non sit nobis eque principaliiter respectu artificiorum, sicut est in Deo respectu omnium creatorum vel creabilium, est tamē aliqua litter, sed in nobis idea respectu artificiorum, non est intellectus artificis nec fuis actus intelligendi, quia ad istorum similitudinem res artificata non producitur: producitur autem ad similitudinem ideae sue, nec idea est ratio intelligendi quia sic est ratio intelligendi quod non est intellectus, sicut est species secundum ponentes ipsas, quia ad rationem intelligendi sic acceptam, & retentam nāquam respicit intellectus artificis, restat ergo quod idea in nobis sit solum obiectum intellectus nostri, quare & in Deo proportionabiliter oportet dicere quod idea non sit intellectus diuinus nec actus intelligendi, nec ratio intelligendi & non intellectus, sed sit solum obiectum intellectus diuini quod concedendum est.

Sed hic est aduertere quod obiectum intellectus diuini est duplex, quoddam primū & principale quod est essentia diuina. Aliud autem secundarium, scilicet res creabilis, vel creatura, & ideo inquirendū est quid horum habeat rationem ideae an alteru tantum, an verius. Videtur autem prima facie quod res creabilis & intellectus a Deo sit idea sui ipsius, ut est producibilis in re extra. Et hoc patet primo ex ratione ideae sic, idea est ratio apud intellectum existens obiectum, ad cuius imitationem aliquid est producibile, sed creatura ut intellectus a Deo se habet ad seipsum ut est producibilis in re extra, ut ratio apud intellectum existens obiectum ad imitationem etiam rei, ut est intellectus produci, ipsa producitur in re extra, ita quod idem

N 2

vt

* alias pro
dudendi &
infra.

* alias incom
mutabile
& infra.

Magistri Durandi de

ut productum imitatur seipsum ut est intellectum produci, sic enim & non aliter producitur res extra, sicut praetextum lecta fuit produci, ergo creatura ut a Deo intellecta est idea sui ipsius ut est producibilis vel producta, & est illud simile ei quod dictum est supra dist. 10. cum quereretur de veritate, tunc enim dictum fuit quod in hoc consistit veritas, quod res ut intellecta conformatur sibi ipsi, ut est in natura, quia veritas nostra intellectus aliquo modo causatur a rebus: nunc vero dicitur quod res extra imitatur seipsum, ut fuit vel est a Deo intellecta, quia esse rerum caufatur ab intelligere diuino, in hoc ergo est similitudo quod idem imitatur utrobius seipsum alter ramen & alter acceptum.

14 Secundum pater idem sic argundo, ut prius sicut in mente diuina sunt ideas omnium creatorum, sic in mente artificis sunt ideas artificiorum, sed ideas in mente artificis est ipsam rem artificiam ut precepta, ergo &c. Minor declaratur autoritate & ratione, autoritas Arist. 7. metaph. prius allegata est quod sanitas in materia sit a sanitate in anima, ita quod eadem sanitas ut intellecta est idea sui ipsius ut effecta. Ratio etiam est ad hoc quia nihil est in mente artificis, ad cuius imitationem res exteriorum producatur nisi ipsam rem ut intellecta, & si quis dicat quod in modo quod artifex faciens arcam facit ea ad similitudinem alterius arcis quam videt, & cuius conceptum penes se in mente retinuit, non valet, quia accidit quod artifex cognitione arcae fiendae accepit ex aliqua prius visa. Si enim nunquam aliquam vidisset, sed Deus infunderet ei cognitionem arcae faciendo adhuc produceretur arca per artem, & ita idea, que tunc non esset nisi ipsam rem ut intellecta, nunc etiam accipiente artifice cognitionem arcae fiendae ex arca prius visa cognitione arcae visa non sufficeret ad producendum per artem nouam arcam, nisi formaretur de arca fienda nouus conceptus, cōceptus autem de arca fienda si esset, sufficeret absq; conceptu de arca prius visa, ergo magis habet rationem ideas in nobis res fienda, ut prius concepta, quam quaecunque res alia. Tertio, quia idea non ponitur nisi respectu effectus produci per artem, seu per agens per intellectum, sed agens per intellectum non differt ab agente naturali, nisi quia praeconoscit quod producit, illud autem non praeconoscit quod producit, ergo idea non est aliud quam res praeconosci, sic ergo patet quod res creabilis ut a Deo intellecta habet rationem ideas respectu sui ipsius ut effecta, nec dubium est hoc modo loquuntur Philos. de ideis, licet nomen ideae pauci exprimant. Hoc etiam modo loquitur de ideis Seneca in loco prius allegato, & Aug. 8. q. 46. quæst. qui viderur non differre a Platone in ponendo ideas: nisi quod Plato posuit eas per se existentes (ut Arist. imponit ei.) Aug. vero ponit eas in mente diuina, sed constat quod Plato dicit ideas esse quidditates rerum, quare &c.

15 Sed contra hoc arguitur dupliciter. Primum quia creatura cognita non est æterna, sed idea secundum Aug. sunt æternæ, ergo res cognita non est idea. Si dicatur quod res creatura secundum esse cognitum est æterna, & sic est idea. Contra, quia quero quid intelligis per esse cognitum creaturæ, quia aut intelligis per esse cognitum cognitionem Dei de creatura, & tunc sequitur quod creatura non est æterna, sed cognitio Dei de ea, aut intelligis per esse cognitum esse creaturæ in proprio genere quod Deus noster & tale esse non est æternum, quia nullum esse reale extra Deum est æternum, aut intelligis per esse cognitum habitudinem rationis quæ est inter creaturam cognitam & Deum cognoscentem, & ista habitudo non est creatura cognita, quia creatura non dicit habitudinem rationis, nec etiam talis habitudo potest esse idea, & ideo non potest dici quod aliquid ex parte creaturæ sit æternus, quod posit dicit idea.

16 Secundum sic secundum beatum Aug. idea est principium producentis creaturæ, sed creatura cognita vel non cognita non est principium producenti seipsum, ergo &c.

17 Ad primum argumentum dicendum est quod licet res secundum esse proprii generis non sint æternæ, tamen sunt æternæ secundum esse cognitum a Deo, nec per illud esse cognitum intelligo cognitionem Dei, nec esse creaturæ secundum proprium genus, quia illud (ut sic) non est æternum, sed habitudinem cognitionis diuinae ad creaturam cognitam secundum quam habitudinem ipsa dis-

Sancto Porciano

citur esse ab æterno in mente diuina obiectum a Deo cognita, & hæc habitudo non est res, sed ratio: nec necesse est semper ideam esse rem, sed sufficit quod sit ratio rei apud intellectum artificis sicut sanitas in anima est idea sanitatis in re extra, & domus in mente artificis est idea domus materialis que fit extra per artificem.

18 Ad secundum dicendum est quod Aug. non dicit quod idea sicut causa vel principium producendi creaturas, sed dicit quod idea sunt rationes rerum secundum quam dicunt oritur & interire omne quod oritur & interierit, & talis ratio potest esse & est creatura, ut a Deo præconcepit producere, verum est quod idea quandoque est principium seu causa fætem remota rei producere in artifice qui cognitionem rei fiendæ sumit ex alia re simili fiendæ rei, & ad cuius similitudinem rem fiendam producit, quia similis res est causa cognitionis artificis, per consequens ipsa est causa rei producere per cognitionem, nam quicquid est causa cause, est causa causati. Sed ubi artifex non accipit cognitionem rei fiendæ ex alia re: aut si ex alia re ratione cognitionem acciperet, non tamen ratione similitudinis seu exemplaritatis idea non esset causa rei producere, quia in tali casu idea non potest propriè dici nisi ratio rei fiendæ apud intellectum artificis, quia nihil aliud habet similitudinem similitudinis, seu exemplaritatis.

19 De essentia autem diuina qua est primus & principale obiectum intellectus diuinum utrum habeant rationem ideas respectu creaturarum est intelligendum quod sicut dictum fuit prius, quædam sunt perfectiones communes Deo & creaturæ, ut esse, vivere, cognoscere, quædam sunt solum in deo, ut esse omnipotenter, infinitum, & huiusmodi: nec fiat vis modi utrum dicant perfectiones an non. quia certum est quod sunt quædam diuinæ conditions, & hoc sufficit pro nunc: alia sunt quæ solum inueniuntur in creaturis, ut illa quæ dicuntur per oppositum ad predicta, ut esse finitum, creatum, & huiusmodi, & præter haec, omnia quæ dicuntur quædætates rerum creaturarum, ut leo, bos, & huiusmodi, vel perfectiones earum eo modo quo eis conueniunt, ut sentire vel ratiocinari & huiusmodi, quæ dicuntur perfectio[n]em modo quo conuenit creaturis.

20 Si ergo considereretur essentia diuina, & creatura quædam ad conditions quæ hinc & inde dicuntur per oppositum, sic essentia diuina non potest habere rationem ideas, nec creatura rationem ideas, cuius ratio est, quia illa quæ non possunt se habere sicut imitabile & imitatum, non possunt se habere sicut idea & ideatum, sed essentia diuina & creatura considerante quantum ad conditions in quibus sibi opponuntur (ut sunt finitum, & infinitum, creatum & increatum) non possunt se habere ut idea & ideatum. Vt ergo propositio patet ex rationibus terminorum, quia causa prædicta includitur in subiecto.

21 Si autem considererentur Deus & creatura, quantum ad perfectiones eis communes, ut sunt esse vivere & cognoscere, intellectus, & voluntas, sic in diuina essentia bene inueniuntur ratio imitabilis, & in creatura ratio imitatrix, omnia enim quæ sunt, imitantur essentia diuinam quo ad esse, & omnia viuentia quo ad vivere, & omnia cognoscientia quo ad cognoscere, & omnia intellectua quo ad intelligere, & velle. & hoc modo essentia habet rationem ideas respectu creaturarum, & creaturæ habent rationem idea torum, vel ideabilium, & secundum hunc sensum dicitur Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Verum tamen hoc est imperfecte, quia ubi non est perfecta ratio imitationis non est perfecta ratio ideas, & ideabilis, sed hic non est perfecta ratio imitationis, ergo &c. Major patet, quia idea & ideatum dicunt imitabile & imitatum, propter quod ubi non est perfecta imitatione non est perfecta ratio ideas & ideatum. minor probatur, quia imitatione Dei à creatura quantum ad quascunq; perfectiones Deo & creaturæ communes non est secundum identitatē species, * & tamen dicitur esse quædam imitatione dei à creaturis quo ad hoc per oppositum ad illa quæ sicut conueniunt deo quod non creaturis, vel sic creaturis quod non Deo in quibus nulla est omnino imitatione quin potius oppositio. Est etiam imitatione secundum proportionem, quia qualiter ordinem realem habet tales perfectiones in rebus creatis: quia co[m]muniiores sunt priores eo quod inueniuntur sine aliis, tam

Iem habent in Deo secundum rationem: ut esse prius secundum rationem quam vivere, & vivere quam cognoscere, & sic de aliis. Imperfecte ergo imitatur res creatae diuinam essentiam quo ad perfectiones hinc inde communes, & ideo non est inter ipsas perfecta ratio idearum & ideatrum, sicut est inter rem intellectam & seipsum effectam.

22 De quidditatibus autem rerum quo ad suas rationes specificas, & perfectionibus earum sub modo quo eis conueniuntur, quo modo possint habere diuinam essentiam pro idea difficile est videre, immo non videtur possibile, quia illa secundum quam vna res est idea, vel exemplar alterius, & alia est eius ideatum seu exemplarium sunt in virtute re formaliter & propriè secundum aliquam similitudinem, sed quidditates rerum secundum suas rationes specificas, & perfectiones earum secundum modum specificum quo eis conueniuntur non sunt ideo formaliter & propriè, sed soli metaphoricè, nec aliquid formaliter in Deo existens correspondet eis secundum similitudinem, ergo res creatae quantum ad suas quidditatibus secundum rationem earum specificam, & quantum ad suas proprietates specificas, secundum modum quo eis conueniuntur non habet essentiam diuinam pro idea, maior patet, quia cum ideatum & exemplarium sit imitatorium ideae & exemplarum, ad similitudinem enim ideae & exemplaris productur ideatum, oportet in virtute esse aliquid formaliter secundum quod artetur in virtute similitudine & imitatio vnius ab altero, minor de se patet, quia quidditas leonis & bouis, & huiusmodi, necnon sentire, gustare, odorare, & huiusmodi non conueniunt deo formaliter, nec propriè, sed soli metaphoricè, quare &c.

23 Sed contra praedicta potest sic opponi quæcunque sunt penitus idem re in creatura si vnum habet essentiam diuinam pro idea, videtur quod reliquæ similitudine habeant, vel si vnum non habet nec reliqua, sed perfectiones deo & creaturæ communes, & quidditates rationes, necnon & perfectiones earum sumptu sub modo quo eis conueniuntur sunt in creatura penitus idem re, ergo si creatura habet essentiam diuinam pro idea quantitate ad perfectiones virtutis communis, videtur quod similitudine habeat eam pro idea quantum ad suam quidditatem & perfectionem sumptu sub modo quo creatura conueniuntur, vel si hoc modo non habet, videtur quod nec illo modo quo est contra ea quæ dicta sunt. Maior videtur manifesta, minor declaratur, quia confit quod cognoscere & sentire sunt penitus idem in bruto. Brutum enim nullum aliud cognoscere habet præter sentire. Esse etiam vivum est penitus idem cum esse sensitivo, vel vegetativo in bruto, essentiam etiam bruti vt ens viuens, & cognoscens non est aliud realiter in ipso qua sua quidditas specifica, ergo patet quod perfections Deo & creaturæ communes vt cognoscere & discernere sunt in creatura (puta in bruto) penitus idem re cum sentire quod dicit perfectionem cum modo quo creatura conueniunt, & esse ens, viuens, & cognoscens secundum quod Deo & creaturæ dicuntur conuenire est in unoquoque creato penitus idem re quod sua quidditas specifica, & haec fuit minor, sequitur ergo conclusio &c. Et secundum ad hoc quod loquendo de virtute natura creatura, & diuina vt est quodammodo in se non magis imitatur creatura diuinam essentiam secundum vnum eorum quæ dicta sunt quam secundum alterum, vt satis efficaciter probat ratio adducta, quia tamē intellectus ea que sunt vnum re (sicut superioris & inferioris) separare potest intelligendo superius sine inferiore, contratio autem superioris per inferius est quandoque peraliquid quod imperfectionem includit quia non includitur in superiori, sicut contrahit cognoscere per sentire, ideo secundum modum intelligenti dicimus quod creatura quantum ad id quod communiuit est nec includit imperfectionem imitatur diuinam essentiam, non autem secundum id quod est specialius & includit imperfectionem quanvis in secundum se non sit differentia.

24 Et ex hoc habetur alia ratio quare hic non est perfecta ratio idearum & ideatrum, quia imitatio ideae per ideatum debet esse ex natura ideatur, vt est in re extra, & non solum vt est in anima, quia ideatum dicitur aliquid productum ad similitudinem ideae, productio autem conuenit rei secundum esse in re extra, cum ergo creatura secundum esse

suum specificum in re extra non imitteret essentiam diuinam, sed solum secundum quandam vniuersalem abstractiōnem suarum perfectionum factam ab anima patet quod hic non est perfecta ratio idearum & ideatrum.

25 Ex hoc enim appetit quiddam quod dictum fuit dist. præced. quæst. 2. scilicet quod essentia diuina non est representativa rerum creaturarum per hoc quod continet eas, sicut senarius continet numeros sub se contentos. Et ita tunc fuit declaratum, nec per hoc quod rationes rerum creaturarum reuceant in essentia diuina, sicut imagines in speculo, quia nihil tale est in essentia diuina nisi ipsamet dicatur imago vel exemplar rerum, quod dici non potest, vt patet ex his que statim dicta sunt, quia inter imaginem vel exemplar ex parte vna & re cuius est imago ex alia, operet esse aliquam similitudinem secundum aliquid existens formaliter in virtute vt declaratum est: sed inter essentiam diuinam & res creatas non est talis similitudo, quia nihil secundum rem est in creatura quod imitteret essentiam diuinam nec in essentia diuina est formaliter aliquid correspondens exemplariter quidditatibus rerum, vel cuiuscumque perfectioni existenti in re creata accepta secundum suum esse reale, licet secundum intellectum nostrum possumus abstrahere superioris ab inferiori (vt cognoscere & sentire) & perfectioni creaturæ sic abstracte correspondet aliquid in deo formaliter existens. Sed secundum hoc essentia diuina non potest esse representativa rei vt cognoscatur, quia supponit rem vt iam cognitam, quare patet quod essentia diuina nullo modo est representativa rerum creatarum apud intellectum diuinum, nisi secundum quod est causa contingens in se virtualiter quicquid est in creaturis.

26 AD PRIMUM argumentum cùm dicitur quod si sunt ponenda hoc erit vt sint principium cognoscendi vel faciendi, dicendum quod idea non ponuntur in Deo vt sint principium cognoscendi: quia idea vel est ipsamet res cognita quae est exemplar sui ipsius vt fienda, & tunc non est principium cognoscendi, sed ipsum cognitum non principale, sed secundarium, vel est essentia diuina vt imitabilis à creatura, sed vt statim dictum est, essentia diuina vel non est exemplar imitabile à creatura, vel illa imitabilitas supponit rem est cognitam. & ita non est principium cognoscendi eam. Nec ponuntur vt principium producendi nisi per modum exemplaris, ad quod artifex inspiciens operatur & ad hoc sufficit quod sint aliquid cognitum ad cuius similitudinem aliud producatur, nec requiritur ad hoc per se quod sint principium cognoscendi, & si essent principium hoc accideret, si tamen concederetur quod idea ponuntur vt sint principium cognoscendi & per consequens agendum argumentum non cogeret, quod licet Deus per essentiam suam cognoscatur se & alia, tamen essentia sua est exemplar aliorum, & ob hoc idea, non auctorius suis, propter quod se non cognoscit per ideam, sed tantum alia.

27 Ad secundum dicendum quod argumentum non est ad propositionem, quia Deus non cognoscit per essentias rerum cum illa non sint ab aeterno, tamen ab aeterno sunt cognitæ, nec cognoscit eas per similitudines sibi impressas, nec per essentiam propriam vt est similitudo, vel exemplar eorum vt probatum est, sed vt est causa eorum, & hoc modo cognoscit perfectissime multo amplius quam si cognoscet eas per essentias suas vel per similitudines ab eis impressas, quia tunc est intellectus dependens à rebus & per consequens imperfectus & imperfecte intellectus, ideo &c.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum in Deo sit pluralitas idearum.

Tho. eadem q. ar. 2.

D Einde queritur vtrum in Deo sit pluralitas idearum. Et videtur quod non, quia sicut idea relativa dicitur ad ideatum, sic scientia dicitur relativa ad scibile, sed scientia Dei est tantum vna (quanvis sint plura scita) ergo similiter in Deo est vna idea tantum, quanvis sint plura ideata, vel ideabilitas.

2 Item si est in Deo pluralitas idearum, aut hoc erit ex parte essentiarum diuinarum, vel ex parte creaturarum, non ex parte essentiarum diuinarum, quia illa secundum se est summa vna, nec

N 3 nec

Magistri Durandi de

nec ex parte creaturarum, quia si propter respectum ad
creaturas sunt plures idea, quia sunt plurium rerum, eos-
dem modo deberent dici inaequales idea, quia sunt inae-
qualium rerum, sed istud non dicimus, ergo nec illud di-
cere debemus.

3 IN CONTRARIUM est Aug. lib. 3, q. vbi lo-
quitur de ideis pluraliter, & dicit expressè quod alia ra-
tione conditus est equus, & alia conditus est homo. Et
Diony. similiter, cap. de diuin. no. loquitur de eis plura-
liter vocans eas exemplaria, & rationes determinatiuas
rerum, & factiuas.

4 CIRCA questionem istam duo videnda sunt.
Primum est, vtrum sint plures idea in Deo. Secundū est,
vtrum idē pertinat ad cognitionem speculatiuam, an
practicam.

5 QVANTVM ad primum sciendū est, quod sicut
paret ex precedente quaestione, idea potest dici res crea-
biles, vt intellecta que est imitabilis à seipso, vt effecta, vel
essentia diuina vt est imitabilis aliquilatior à creature. Si
primo modo vocetur idea, conflat quod in Deo sunt p. u-
res idea, quia plures res creabiles sunt à Deo ab aeterno
intellecta, & ita sunt in Deo obiectiuæ secundū quē mo-
dum ideas pertinent ad intellectū, si autē idea accipiat
secundū modo, scilicet pro essentia diuina vt est imitabilis
à creature, sic dicendum est q. proprii loquendo in deo est
solum vna idea, plures tamē rationes ideales, quod patet
sic, plures respectus rationis circa aliquā rem nō ponunt
nisi pluralitatē rationum, sed plures respectus imitabil-
itatis essentia diuina à creaturis sunt solum respectus ratio-
nis, ergo non ponunt circa essentiam diuinā, nisi plurali-
tatem rationum. Sed idea, vt nūc sumitur dicit rem, quia
dicit formam que est imitabilis, & hæc est vna res (scilicet
essentia diuina) respectus autē imitabilitatis, qui sunt re-
spectus rationis sunt plures, ergo est vna tantum idea, plu-
res tamē rationes ideales, quod autē sunt plures respe-
ctus imitabilitatis vniū essentiae diuinæ patet ex supra-
dictis, quia quo sunt perfectiones Deo & creaturis con-
similes, vt esse, vivere, & cognoscere, & huiusmodi tot
sunt imitabilitates Dei à creaturis.

6 QVANTVM ad secundum dicendum est quod
idee per se, & simpliciter pertinent ad rationē, vel cogni-
tionem practicam, secundū quid autem solum ad rationē
speculatiuam, cuius ratio est, quia sicut in habitibus sic suo
modo est in actibus: Sed in habitibus sic est quod scientia
dicitur simpliciter practica, vel speculativa ex natura sci-
entiae, nō autē ex intentione scientis, vel ventis, nisi secun-
dum quid, ergo similiter est circa considerationē actualē
ipsum Dei quod diceretur simpliciter speculativa, vel pra-
ctica ex natura cogniti, secundum quid autē ex intentione
scientis vel considerantis. Sed consideratio qua Deus
considerat ideas per se, est de regulis operabilium à Deo,
quia idea est exemplar ad quod inspiciens artifex opera-
tur (vt sepe dictum est) ergo talis consideratio est per se,
& simpliciter practica, secundum quid autē speculativa
in quantum Deus considerat ideas aliquorū operabilium
qua non intendit operari, seu producere, vel quia iā sunt
producta, vel quia ex benefacito suo nō vult producere
ea. Vnde cognitione speculativa quam deus habet de rebus
qualis est illa quā cognoscit de rebus intentiones logicas
(vt hominem esse speciem vel animal esse genus) quia secun-
dum istas proprietates res non sunt facibilis, non
pertinent ad ideas.

7 AD PRIMUM argumentum dicendum est quod
nō propriè dicitur quod sint plures idea, accipiendo idea
pro essentia diuina, vt est imitabilis à creature, sed solum
quod sint plures rationes ideales, si tamen diceretur mi-
nus si impropriè diceretur quā si diceretur multæ scientiae,
quia scientia vt scientia non se habet obiectiuæ ad intel-
lectū, sicut idea, unitas autem vel pluralitas rationum
semper formatur ab intellectu circa rem obiectiuæ intellectu
& ideo rationes formatur per intellectu circa idē
fortiori possint rationē idea, que cum sint plures possunt
dici esse plures ideae. Sed circa scientiam quā vt se habet
ad intellectu solum subiectiuæ, & nō obiectiuæ non
formantur plures rationes, quæ fortiantur nomine scientie.

8 Vel aliter quod unitas est ex principali obiecto, &

Sancto Porciano

quia illud est vnum tantum respectu diuina scientia, sci-
tice sua essentia licet secundaria obiecta sunt multa, ideo
diuina scientia est tantum vna, sed idea dicit formam cum
respectu imitabilitatis: & quia nō est aliquid vnum principale
imitarium ratione cuius alia dicantur imitativa, sed sunt plures
quorum vnum imitando non dependet ab altero, ideo possunt dici plures idea, non autē plures
scientia, sed primum melius est propter ea que dicitur sunt
prius distin. 35. Si autem idea dicatur res intellecta ut est
imitabilis à seipso vt effecta, si nullum argumentum est,
quod si in Deo non sint plures scientia, quod nō sint plu-
res idea, sicut nullum est argumentum si diceretur in deo
non sint plures scientia, ergo non sunt plures res sci-
ta. Idea enim hoc modo sumpta est ipsam res sci-
ta.

* Ad secundum argumentum dicendum quod nō est
inconveniens ideas esse inaequales, si enim idea vocetur
ipse res intellecta, sic constat quod sunt inaequales secun-
dum inaequalitatem rerum intellectarum, si vero idea vocetur
essentia diuina ut imitabilis à creature, sic etiam sunt in-
aequales, quia inaequales sunt secundum modum nostrum
intelligendi, perfectiones illæ in quibus diuina essentia
imitatur à creature, perfectius enim est intelligere quam
vivere, quia vnum includit aliud, & non conuerso, nec
propter hoc ponitur in Deo aliqua inaequalitas subje-
ctiuæ, & secundum rem, sed tantum obiectiuæ, & secun-
dum rationem, quod non est inconveniens.

DISTINCTIO XXXVII

Sententia huius distinctionis in gene-
rali & speciali.

E T quoniā demonstratū est. Superioris Magister ostendit quomodo res dicantur esse in Deo. Hic ostendit
quomodo Deus est in rebus: Et diuiditur ista pars in
duas. Primo ostendit quomodo deus habet esse in rebus.
Secundo ostendit quod secundum illum modum effendi
nulla ponitur in Deo imperfectio, sicut ponitur in crea-
turis, eo quod sunt in loco. Secunda ibi, Cumq; diuina.
Item prima in tres. Primo ponit modos quibus Deus die-
citur esse in rebus. Secundū confirmat hoc per autoritas
tes ibi, ne autem illa. Tertio inquirit rationem ibi, quo-
modo autem Deus. & ultima diuiditur in tres. Primo
ostendit quomodo Deus dicitur esse in sanctis. Secundū
ex hoc remouet quoddam dubium ibi. Si autem queris.
Tertio inquirit rationem quomodo dicitur esse in rebus
communiter ibi. Ex predictis patet: Et hæc vltima diui-
ditur in duas. Primo ostendit difficultatem propositi. Se-
condū excludit quorundam opinionem ibi, quidam tæ-
men.

2 IN SPECIALE I sic procedit. Primo proponit q.
deus dicitur communiter esse in rebus per essentiam, poten-
tiam, & presentiam, sine distinctione, circumscriptione, &
limitatione. Alio autem modo dicitur in sanctis, per gra-
tiam per quam Deus eos inhabitat. Tertio autem modo
dicitur esse in homine Christo per unitatem, sed ille mo-
dus tertius pertinet ad tertium librum sententiā. Postea
cōfirmat hoc per autoritates, vbi etiam dicit quod malis
semper Deus praesens est. Secundū vero ostendit quomodo
deus est in sanctis, & dicit quod in sanctis dicitur esse
& inhabitare in quantum temporaliter procedit in eos.
Postea remouet quodam dubium dicens, quod illa inhabi-
tatio sancti intelligenda est, nō enim Deus sic in sanctis in-
habitat ut apud le nō maneat, nec etiam vna persona in-
habitantis reliqua excluditur. & subdit quod illa inhabi-
tatio est in quantum à fideliū mentibus cognoscitur, & di-
ligitur. Postea dicit quod (sicut dicitur communiter) Deus
in omnibus rebus intelligitur esse, & exprimitur, sed quo
modo sit in omnibus rebus, sicut vbiq; intellectu nō capi-
mus, sed etiā exprimī non posset. Deinde excludit opinio-
nem quorundam, & dicit q. non est intelligendum, sicut
quidam dicunt quod Deus dicitur esse in rebus per pra-
sentiam solum, quia ei sunt praesentia omnia. Per essentiam
vero & potentiam, quia virtute essentiae sua natura, & po-
tentia omnia conferunt, & in omnibus operatur, & hoc
propter sui simplicitatem, & infinitatem. Vnum tamen
subdit, quod non est credendū, quod per hoc quod Deus
est